



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Idem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissimæ Inquisitionis.

25

A Adiecit̄is præterea, negotium, seu officium Inquisitionis contra hereticos dilecto filio Priori fratruū Prædicatorum Parisien. à Sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum, vt idem super hoc posset inquire, tam per se, quam per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo queritur, vtrum tales delegati, vel subdelegati existant, & quid possint etiam sic electi. Super quo taliter duximus ordinandum. p idem Prior posset tres, vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui patrem cum ipso habeant potestatem: & amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quotiescumque viderit expedire: ipsi tamen Priori, & alijs sic assumptis committendi dumtaxat citationes, & examinationes testium, cum de huiusmodi crimine ac circumstantijs eius inquiritur, ac denuntiationes sententiarum, quas super ijs cōtra quoslibet contigerit ferri, & ijs similia faciēti concedit ab eadem sede facultas.

Institutus cum potestate alios eligendi, quid possit.

Quæstiōni vero, qua queritur, vtrum constitutus in sacris, deprehensus in heresi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinib⁹ à suo Episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi pœnitentię. Respondemus, quod talis qui est perpetuo immurandus, prius debet à suis ordinib⁹ degradari.

Clericus perpetuo immurandus, an sit degradandus.

B Nonnulli quoque clerici, & quod est deterrimus, sacerdotes, prætextu pecunia, vel alienius fertutij temporalis, inueniuntur aliquando Inquisitionis impeditre negotium, instruendo citatos hereticorum credentes de ceclanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebet liberando, de quibus queritur vtrū inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere: aut quod sic accepta restituunt, coarctare. Dubium itaque non videtur, quod ijs quos constat exercere præmissa, ea faciunt in fauorem heretice prauitatis: quare possunt à talibus per Inquisitores compesci, & pena debita castigari, tam per capionem personatum, quam etiam alias prout culpa exegerit delinquentis.

Impeditores facti officii per Inquisitores possunt coerciti.

Quod autem postmodum queretur, quomodo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur in heresi deliquisse, cum seculares peccantes, in simili casu, immuratio vel alia pena plectantur, cuius falacio satis patet, cum certum sit tales in hoc, & in consimilibus delinquentes grauius etiam secula ribus puniendos.

Religiosi hereticiates grauius puniendi.

C Frequenter etiam vobis ab Apostolica Sede committitur, vt tam hereticos credentes, receptatores, factores, & defensores eorum, quam ipsorum filios, & nepotes, ac illis etiam qui predictorum interfutu, vel gratia tale essent adepti, vel assequeretur in posterum, priuandi personis, dignitatibus, & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & officiis publicis, de diocesanis, vel eis absentiis vicariis suorum consilio, habeatis liberam facultatem: Quod qualiter intelligi debeat, per inquisitorem eiusdem Sedis oraculo declarati. hoc sanè de filijs, & nepotibus illorum hereticorum, etedentium, & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videatur, non autem illorū, quos emendatos constiterit, & proculpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiae penitentiam receperile quam ipsi veliam perfecerunt, vel humiliter persecutioni eius inlistunt, vel parati fuerint dum invenerent ad recipiendam eandem. Diocesanī quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsitan constaret legitimè, quod idem scienter eis beneficia contulisset: tunc enim eos in ijs requiriendis esse non credimus, sed potius à suo iudice puniendos. Vosigitur hæc & alia contingentia in hac parte, commissum vobis officium sic prudenter, & fideliter exequi procuretis, sic ad eam proprie Deum, cuius causam geritis, vestra feratur intentio, quod labor vester vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem, D quæ solum in talibus queritur, proficiat animarum. Datum Viterbij, v. Kalen. Octob. Pontificatus nostri Anno. quarto.

Qui filii hereticorum officiis & beneficiis puniuntur.

I. D. E. M.

Filiij eorum, qui dum morerentur, petierunt hereticorum consolamentum, non admittuntur ad probandum parentes, id fecisse post amissam mentem, vel loquelandam, si constiterit eos dum sanæ mentis essent, petituisse hereticos consolatos, confert ad intelligendum c. filij. de heret. lib. 6. & roborat rescriptum Urbani iij. quod incipit. Olim ex parte, quod refert Eymericus in Directorio, par. 2.

Edita anno Do mini 1258.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus ordinis fratrum Minorum Inquisitoribus hereticæ prænitatis in administratione sancti Francisci præsentibus, & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archivio cōuentus S. Francisci de Ailiū.

E X parte vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli de partibus, vbi vobis contra hereticos Inquisitionis officium est commissum, in mortis articulo consti-tuti, salutis remedium abhorrentes, consolatos hereticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus, desolationis sua consolationem accipiunt, secundum pessimam coniunctitudinem eorum. Sed filii, & heredes sic decedentium, propter hæc exheredari timentes, ac volentes ob id eorum malitiam excusat, proponunt se velle probare per testes, quod idem, quando recipiebant consolationem huiusmodi loquelandam amiserant, & erant alienati à mente: cum motis sit apud eos (vt dicitur) quod nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriæ habeat ordinatum. Quare nos consulere voluistis, vtrum debeant tales probationes admitti, Nos igitur consultationi vestrae taliter respondemus, vt si legitimè constiterit, quod predicti dum sanæ mentis essent, petierunt hereticos consolatos, siveque viam fuerint universæ carnis ingressi, licet consolatione huiusmodi,

Dicitur orationem par. q. 121.

modi, immo verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel post perditam iam loquetam suscepisse. A dicantur, nulla super hoc probatio admittatur, cum in nullo sic decedentes debeat propterea relevati. In dubio vero admitti poterit, non tamen vxores, filii, seu familiales, aut de suis aliqui, ad hoc probandum recipiantur in testimonium, sed alii testes idonei, & specialiter fidei zeatores: cum contra tales sit non modicum presumendum: sitque in talibus propter fidei privilegium, cum multa cautela summa que diligentia, præ ceteris negotiis, procedendum. Datum Anagniæ Id. Novembris, Pontificatus nostri Anno quarto.

I D E M.

Hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus ipsorum, redeutibus ad Ecclesiæ, inter cetera iniungi potest sub certa pena pecuniaria, quod fidem Catholicam teneant, nec ulterius hæreticis fauorem impendant, & quod mandatis Ecclesiæ obedient, à quibus cautio exigatur. quod si penam promissam incidunt, ad eam soluēdam compelli possunt per censuram ecclesiasticam appellatione reicta. B pecunia ex his condemnationibus, vel tertia earum parte exacta, penes tres viros probos asseruetur, ex qua necessaria expensa inquisitoribus tribuantur, & expensarum computatio Episcopo exponatur.

Eiusdem tenoris extat alia bulla authentica Alexandri IIII. quam dedit Anagniæ XII. Kalendas Octobris, Pontificatus sui anno v. eam nos etiam vidimus.

Edita anno Do
mini 1558.

Ex Archivio cō
uentus S. Fran
cisci de Afflito.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci tam presentibus quam futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

SUPER extirpatione hæreticæ prauitatis, hoc a vobis in locis in quibus contra hæreticos, vobis inquisitionis officium est commissum, statuimus obseruandum: vt hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ipsorum, ad mandatum Ecclesiæ redentibus, sub certa pena pecuniaria inter cetera quæ iniungenda fuerint, iniungatis districte, & fidem Catholicam firmiter teneant, & ulterius hæreticis ipsis auxilium, consilium, vel fauorem aliquem non impendant: neenon Ecclesia mandatis obedient, & obseruent quæc feceritis, vel unus vestrum occasione ipsius hæreticæ prauitatis; & ab eisdem cautio exigatur. Nos autem vobis & singulis vestrum, cogendi per censuram ecclesiasticam appellatione remota, tam redeuntes ipsis, quam & defensores si oportuerit eorundem ad præstationem vel solutionem huiusmodi penæ, ad quam se cibligauerint; si quod absit, in dictam penam inciderint, plenam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Pecunia vero, quæ de huiusmodi penis, vel ex tertia parte mulctari potest, vel condemnationum exigendam à quibuslibet personis & lecis, seu bonorum apprehendendorum occasione hæresis, vel hæreticorum, secundum tenorem constitutionum nostrarum (quas in eisdem hæreticos, fautores eorum & alios promulgatis, in capitularibus ciuitatum, & locorum aliorum conscripsi mandauimus) forte peruerterit, penes tres viros fide probatos à vobis, & à diœcesano, vel eiusdem Vicario, si idem præfens non fuerit, eligendes, deponatur fidèliter consuanda, & de illa vobis & singulis vestrum necessarie ad prosecutionem negotii contra hæreticos expense sine difficultate aliqua de ipsis diœcelani consilio ministrentur, & eidem diœcesano de iis quæ expendi contigerit, rationis plenarie fidelis computatio expopatur. Datum Anagniæ, Idib, Nouembris, Pontificatus nostri Anno quarto.

Io. Sal.

De Curia.

I D E M.

Præcipit Episcopis, Abbatibus, & alijs ecclesiistarum prælatis, ac rectoribus, & religiosis tam cuiusvis ordinis, quam etiam secularibus, ut efficaciter assistant Inquisitoribus in negotio fidei exequendo, opportunitym eis consilium, fauorem, & auxilium impendendo.

Eiusdem tenoris extat alia bulla Alexandri IIII. quam dedit etiam Anagniæ Non. Ianuarii, Pontificatus sui anno sexto, quam nos quoque vidimus authenticam.

Edita anno Do
mini 1558.

Ex Archivio cō
uentus S. Fran
cisci de Afflito

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus . . . Episcopis & dilectis filiis . . . Electis Abbatibus, Prioribus, Ministris, Guardianis, & aliis Ecclesiistarum prælatis, & rectoribus, nec non & vniuerso clero, tam religiosis cuiuscumque professionis, & ordinis, quam secularibus, in Ducatu Spoleto constitutis, Salutem, & Apostolica

cam benedictionem.

EXORTIS in agro fidei Christianæ per partes Italæ abundantius solito hæreticæ prauitatis ziania, seminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico, Sede Apostolica eius caput fidei & magistra, volens circa zianiorum extirpationem huiusmodi per aliquos de fratribus ordinis fra-

trum